



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Acta Ecclesiae Mechliniensis, Anni M. DCC. XVIII. Circa
Bullam Unigenitus**

Archidiocèse <Malines>

Bruxellis, [1719]

Exemplar Subscriptionis Amplissimi Domini Præpositi Montis Frigidi, &
Archipresbyteri, nec non Reverendorum Admodum Dominorum Pastorum
Oppidi Bruxellensis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40699

EXEMPLAR SUBSCRIPTIONIS

*Amplissimi Domini Præpositi Montis
Frigidi, & Archipresbyteri, nec non
Reverendorum Admodum Dominorum
Pastorum Oppidi Bruxellensis.*

INfrascripti Pastores Ecclesiarum Parochialium
respectivè Civitatis Bruxellensis debitè convoca-
ti, ac congregati die 8. mensis Novembris anno
1718, memores obedientiæ, quam Romano Pon-
tifici, Jesu Christi in Terris Vicario, in solemn-
i Catholicæ Fidei professione non semel spon-
dimus ac juravimus; moti etiam, & excitati per Epi-
stolam Pastoralem Excellentissimi, ac Reverendis-
simi Domini THOMÆ PHILIPPI Archiepiscopi
Nostri Mechliniensis, die 17. Octobris anni 1718.
Universo Clero & Populo suo inscriptam; Tenore
præsentium, ac etiam sub signaturâ Nostrâ decla-
ramus, & palàm facimus, Nos Constitutionem
Apostolicam Sanctissimi Domini Nostri Clementis
Papæ XI, quæ incipit: *Unigenitus Dei Filius*, sexto
idus Septembris anno 1713. datam, purè, & sim-
pliciter amplecti, eidemque Nos integrè & sine
exceptione subjicere, & centum & unam Proposi-
tiones in eâ damnatas, ad mentem Sanctæ Sedis
sincero animo damnare. Datum die, & mense ut su-
prâ. *Erat signatum.*

*F. Bernaerts Archipresbyter, Præpositus in Cou-
denbergh.*


J. G. Brenart S. Th. L. Plebanus Bruxellensis.

EXEM-
D

Geor-

(51)

Georgius Jodogne Pastor S. Nicolai.
Ambrosius de Vriese Pastor S. Gaugerici Bruxellis.
Winandus Van Limborch Pastor B. M. V. de Ca-
pella.
Petrus Del Vaulx Pastor Beguinagii.
Joannes Franciscus Tutelaire Pastor S. Catharinæ.
Jacobus de Caron Oratorii Presbyter, Pastor
B. M. V. Finis Terræ Bruxellis.
Henricus Josephus Van Hems Pastor Xenodachii
S. Joannis Bruxellis.



EXEMPLAR SUBSCRIPTIONIS

Admodum Reverendi Domini Archipres-
byteri, & RR. DD. Pastorum utrius-
quæ Districtus Bruxellensis ad Orien-
tem, & Occidentem.

CUM ad aures nostras pervenerit, in Concilio
Statûs præsentatum esse Libellum supplicem
sub nomine DD. Pastorum Mechliniensis, & Bru-
xellensis Districtuum adversus Bullam, seu Con-
stitutionem Pontificiam, *Unigenitus Dei Filius*,
hinc est, quod Nos infra scripti Pastores Districtus
Bruxellensis, ad amoliendam à Nobis ejusmodi te-
meritatis, & inobedientiæ infamiam, muneris no-
stri esse duxerimus, publicare, & declarare, uti
per præsentem publicamus, & declaramus, Nos in
prædicto Libello nè vel minimam partem habere;
sed è contrariò, præfatam Bullam, seu Constitu-
tionem Pontificiam Nos acceptare, eidemque si-
cut & Epistolæ Pastoralis Excellentissimi, ac Reve-
rendissimi Domini Archiepiscopi desuper emanatæ,
debitam obedientiam præstare, & semper esse præ-
stituros.